4

PRO

RECVPERATA VALETVDINE

FERDINANDI I.

VTRIVSQVE SICILIAE REGIS

ARCHIGYMNASII NEAPOLITANI

OFFICIVM

PRIDIE IDVS IANVARII

AN. MDCCCXIX.

TYPIS IOSEPHI MARIAE PORCELLI.

Publica auctoritate.

REX CELSISSIME.

Nulla debent monumenta Principum optimorum animo esse gratiora, quam populorum subditorum laudes, et gratulationes caritate expressae, litterisque consignatae. Statuas enim, columnas, arcus, etsi diuturnam aetatem ferant, absumit tamen, conficitque tandem vetustas: illae vero senis avidissimi voracitatem adspernatae ad sempiternam po-

1

steritatis memoriam produntur benefi-
ciorum praestantiam, et magnitudinem
perpetuo praedicaturae. Quapropter,
quum in tanta omnium ordinum laeti-
tia pro recuperata valetudine Tua ge-
stientium silere turpe nobis fore duce-
remus; has grati obsequentisque animi
significationes edendas, Tibique hoc
faustissimo natali die Tuo offerendas
curavimus. Quas ut placido serenoque
vultu excipias, Te, Rex indulgentissi-
me, rogamus enixe, atque obsecramus

Majestati tuae

Devotissimi, et addictissimi
Rector, et Professores Archigymnasii Neapolitani.

NICOLAI CIAMPITTII

METROP. ECCLESIAE NEAP. CANONICI

ELOQVENTIAE PROFESSORIS

ORATIO

TANTA mihi apud vos, AA Orn., auspicatissimo hoc natali Regis Parentisque nostri die verba habituro rerum dicendarum materies objicitur, tanta inusitatae laetitiae seges oboritur: ut ancipiti cogitatione haerere animus, neque unde ordienda oratio mea, neque ubi terminanda sit, exploratum satis habere videatur. Simul enim atque sol hic beatissimus illuxit, fieri nequaquam potuit, quin diei illius in mentem veniret, quo singulari plane, ac nescio an uno omnium maximo Supremi Numinis beneficio fuimus mense proximo superiore cumulati. Nam quum vis impotens morbi, tamquam belua immanis e latebra exsiliens FERDINANDVM esset ex improviso adorta, atque ad extremum paene vitae discrimen adduxisset; omnes omnis aetatis, omnium ordinum cives tristissimo illo nuntio perturbati, metuque tam gravis jacturae perculsi nul-

lum usquam in re tam trepida, nisi in divina clementia perfugium sibi positum esse autumarunt. Itaque enixis precibus, votisque nuncupatis Deum obsecrare obtestarique non destiterunt, ut ab se calamitatem illam capiti jam et cervicibus impendentem averteret ac propulsaret. Heic Pater misericordiarum, dives in omnes, qui invocant Illum, vota precesque audivit, Regemque amantissimum, compressa obtritaque morbi violentia, nobis incolumem restituit e mortis unguibus ereptum atque servatum. Equidem temporis illius recordari, nisi dulcissimo quodam animi sensu, non possum, AA, quum moerore in hilaritatem, formidine in diuturnae faustitatis spem conversa, omnis civium multitudo tectis effusa prae oculis, prae ore expressa ferens signa laetitiae sacras aedes obire pro Parente suo gratias Largitori bonorum omnium actura conspiceretur. At enim nolim, quisquam sibi persuadeat satis jam officio nostro factum esse. Majus quiddam ac prope immensum, servata Regis valetudine, universo nomini Neapolitano a Deo impertitum est: cui una gratiarum actione responderi nullo modo potest. Quamobrem ne gravemini, AA, me qualis, quantusque Princeps sit FERDINANDVS, levioribus quibusdam lineamentis adumbrare: ut inde facilius divinae in nos beneficentiae am-

plitudo aestimetur, et, licet maximae Deo sint actae gratiae, tamen multo majores in dies et referendas, et habendas esse intelligatur. Quod dum cursim expediam, confido vos, parvi mihi temporis usuram minime pro vestra humanitate denegaturos.

Inter omnia divinae providentiae munera, quae nationi cuipiam impertiri queant, nihil neque praeclarius, neque praestantius excogitari potest, quam bono Rege et sapiente gubernari. Hinc siquidem populorum salus, hinc prosperitas, hinc gloria exsistit: quum boni principis sit, cives esse quam florentissimos velle, prudentis autem reapse efficere. Quapropter, si praeterita ab ultimis usque temporibus memoria repetere velimus, perspiciemus profecto, postquam e dispersis dissipatisque familiis eodem, quo securius pacatiusque viverent, confluentibus coetus hominum, quae civitates appellatae sunt, frequentari coeperunt, et patescente deinceps societate gentes coaluere et nationes, nihil homines habuisse antiquius, quam eum sibi rectorem optare, qui bonitate et sapientia reliquis omnibus antecelleret. Secus enim neque domi, quod propositum erat, otium, concordiamque sibi parere, neque foris vim vi repellere, imperiique dignitatem tueri potuissent.

Ac mihi quidem cum multis nominibus gens Neapolitana beatissima videri solet; tum vero maxime, quod divino factum sit consilio, ut reipublicae gubernaculo FERDINANDVS adsideret, in quo absolutum boni, sapientisque Principis exemplum intueremur. Heic autem, quaeso vos, AA, ne a me expectetis, ut FERDINANDI res a principatus initio pro Neapolitanorum felicitate gestas hodierna oratione complectar: tum enim non oratio mihi, sed plurimorum esset voluminum historia pertexenda. Satis superque erit, quae post faustissimum ex Sicilia reditum Ille praeclara facinora patraverit, dicendo perstringere, unde quantum Dei beneficium fuerit, qui tantum nobis Regem conservarit, abunde cognoscatur.

Vix Neapolim appulit Rex optimus, orisque sui nos serenitate beavit, quum nihil ei curae praevertendum existimavit, quam juris e nostra civitate consultissimos accire, eosque jubere, legum, quibus utebamur, codicem per summam diligentiam retexere, ac si quid abnorme, si quid implexum, si quid moribus alienum, si quid denique ad rationes nostras minime accommodatum videretur, ad sese, nulla interjecta mora, referre, iis ut malis, quae litigantium animos habere exercitos solent, quamprimum auctoritate sua mederetur. Quo quid melius, quid

sapientius fieri potuit? Judicia quidem, ut nostis, AA, imaginem praeseferunt belli illius, quo, antequam societates inirentur, non ex jure manu consertum, ut vetus ille poeta ajebat, sed mage ferro res cernebantur: unde translatae formulae actionesque non paucae olim fuere, rebusque judicandis dicatae. Quae sane bella, si non una, alterave pugna, ut olim a Romanis ducibus, confecta sint, sed varia praeliorum fortuna in longum dilata, si ex aliis alia gignantur, aeque victo exitio sunt, atque victori; ita judicia si diutina intercapedine protrahantur, si alia proseminentur ex aliis, et petitori, et reo, vel caussa stet, vel cadat, perniciem afferant oportebit. Qua de re, nihil est optabilius, quam ut legum, judiciorumque ratio nec salebrosa neque ardua, sed plana omnino sit atque expedita.

Quod si in privatis id judiciis maxime optandum est; quanto idem magis expetendum in publicis? Non enim heic res et fortuna, sed existimatio, sed libertas, sed caput civium in discrimen venit. Quae igitur adhibenda cautio est, ne unde probi, modestique homines praesidium ad innocentiam tutandam debent arcessere; indidem ad amoliendas criminum poenas improbi consceleratique possint adjumenta conquirere? Atque hisce de causis Lacedaemonum Rhe-

4

trae, Atheniensium Axones, Romanorum Tabulae tantopere priscis illis fuere tempestatibus commendatae. Neque minoribus affecti laudibus fuerunt Zaleucus, Charondas, caeterique illi excellentes viri, qui e summi philosophi disciplina profecti, quum doctrina Magnam Graeciam ornassent, praeclarissimam civibus operam, conditarum legum sapientia, navarunt. Nemo autem dubitabit, eam legislatorum solertiam non immerito collaudatam fuisse. Quemadmodum enim nihil est homini praestabilius, quam securus, et aequabilis vitae sine ulla offensione cursus; ita nihil miserius, quam perpetuo in metu periculoque versari, ne callidus audaxque veterator avitis te bonis, aut honesto labore comparatis per legum ambages evertat, aut vita nulli obnoxia crimini pateat invidi perfidique civis malevolentiae. Quibus igitur laudibus, quibus amoris significationibus eum Principem prosequemur, qui, constituta juris aequitate, emendatis legibus, judiciis ordinatis, civium tranquillitati consuluit, innocentiae arcem communivit, improbitati cuniculos obstruxit, omnemque impune grassandi spem in posterum ademit? Immensa, Deus immortalis! immensa exstitit tua in nos beneficentia, qui tam bonum, providumque Regem e tam gravi valetudine eripuisti, sospitemque praestitisti!

Sed pergite porro, AA, et reliqua his neutiquam minora videamus. Jam de Regis adventu laetabamur, in sinuque gaudebamns : ad eamque voluptatem augendam pergrati e provinciis nuntii afferebantur, ita laetas e terrae gremio segetes efferri, ut ubertatem frugum portendere, annonaeque laxitatem spondere viderentur. Sed aliter cessit res, atque credideramus. Etenim spem mentita seges est, agrique parva admodum usura, quod acceperant, cultoribus reddidernnt. Quare ingravescere annona, atque in dies excandefieri videbatur. Ad haec non modo in hanc urbem, sed etiam in reliquas regni provincias quasi ex composito confertum febrium agmen incubuit, plebemque egestate vexatam potissimum pervasit. Nec multo post tempore dira boum lues nunciata est, quae si latius, ut usu venire solet, diffunderetur, jure timebamus, ne maximo et ad vitae usum, et ad agrorum culturam adjumento careremus. Quid vero de illo teterrimo casn dicam, cujus rumore primum, deinde certo nuntio inhorruimus? Quum enim perlatum ad nos fnit, in oppido provinciae florentissimae neque ignobili, neque infrequenti coortam esse pestilentiam, stragemque edere miserorum oppidanorum ; qui dolor animos omnium incessit ? qui timor ? quae trepidatio ? Primum enim peracerba res erat ac luctuosa non so-

lum visu, sed etiam auditu, tot homines tam parvo dierum spatio morbi vi corripi, et occidere: tum vero quisque reformidabat, ne ex oppido per pagos, urbesque finitimas serperet contagio, ne in alias provincias immigraret, ne tandem ad nos perveniret. Neque ea formido vana, et puerilis haberi debet. Ingenitus enim cuique vitae amor, atque insita est cupiditas, quae monet, jubet, cogit denique illinc aufugere, ubi certum exploratumque imminet capiti periculum: omnemque expediendae salutis rationem si non honestam, at perutilem existimare. Quod si factum esset, quid futurum nobis, AA, fuisset? Quid acerbius potuisset, quid miserius, quid luctuosius accidere? Versatur mihi ante oculos urbis hujus, populi frequentia, aedificiorum descriptione, coelique ingenio totius Italiae nobilissimae jam extrema sibi pertimescentis effigies anxia, squalore et situ obsita. Versantur ante oculos viae ambulationesque, hominum praetereuntium celebritate laetae antea et perjucundae, jam mutae atque desertae. Cernere mihi videor funeribus primum funestas domos, tum, pestilentia ferocius saeviente, senum, juvenumque cadaveribus stratas vias. Cernere videor parentes liberis, liberos parentibus, dum opitulari volunt, alios aliis superincidere eadem contagionis vi, eodemque tem-

poris articulo spiritum efflare. Cernere . . . . sed per Deum ab isto tam horribili tetroque spectaculo animum avertamus. Attamen quum hanc calamitatum struem saepe cogitatione usurpaverim, nescio an quisquam me jure sit reprehensurus, si conjicere velim non sine aliquo Numinis consilio fuisse nobis importatam. Nam ita plerique omnes natura prope conformati sumus, ut secundis rebus, et ad voluntatem fluentibus hebescere videatur animus, et quasi consopiri; adversis vero acui, atque excitari, rerumque solertius causas anquirere, et eventa accuratius pensitare. Quo igitur clarius intelligeremus, in vita FERDINANDI niti salutem civitatis, Deus illam passus est cladium colluviem in hanc pulcherrimam Europae regionem incurrere. Quemadmodum enim gubernatoris dexteritatem magni ducimus, non, si coeli facie ad serenitatem composita, lenique zephyrorum flatu undas leviter crispantium, sed, si tenebris coelo offusis, inter procellas, turbinesque depraeliantes nave incolumi in portum invehitur; sic Regis sapientiam suspiceremus, si temporibus difficillimis inter asperas fortunae vices rempublicam salvam, quasi navigium fluctibus turbulentissimis exagitatum, e naufragio servarit. Jam vero quae in hoc tam ancipiti, formidolosoque rerum statu, in tanta periculorum atroci-

tate industria , quae cnra , quae providentia major ab nllo principe desiderari potuit , quae a Rege nostro praetermissa est , quin detrimenti quidquam caperet salus populorum ? Etenim ut frumenti inopiae subveniri posset , plurima negotiatoribus praemia , quibus adducti magnum ad nos frumenti nnmerum subvectandum curarent , proposita: plebi quidem pauperculae alimonia, dispertitis nrbis regionibus, praebita: aegrotanti vero valetudinaria pluribus qnam antea subsidiis instructa. Ad comprimendam pecudum luem homines rei veterinariae periti per provincias dimissi: ad pestilentiam eodem, quo gliscere coepit, loco cohibendam , fossa oppido circumducta , et corona circumdata : ad curandam, planeque restinguendam medici in rem praesentem venire jussi, et quidquid ex usu vitae foret, aut salutis ratio deposceret, subministratum. Qua quidem Principis vigilantia , tanta tot incommodorum moles , quae excidium , et vastitatem minitari videbatur , brevi disjecta est , animique omnium , timore depulso, conquieverunt. Heic autem possumus ne satis Ferdinandi providentiam admirari? satis animi magnitudinem extollere? satis eximium in cives suos amorem praedicare? Possumus ne denique Dei benignitatem , qui eum hnic populo Regem et

donaverit, et conservaverit, perinde atque de nobis meritus est, collaudare?

Sentio equidem, quam magna haec sint atque praeclara, ut non longiorem modo orationem, sed eloquentiam quoque majorem desiderarent. Verum statui brevitate dicendi satietati vestrae occurrere, quandoquidem satis expectationi facere ornatu copiaque nequirem. Sed precor, obtestorque, AA, tantisper etiam patientes, ut facitis, mihi dicenti aures commodetis: pauca enim adhuc restant, verum ad divini muneris, regiaeque virtutis commendationem fortasse majora. Comperta apud omnes res est, Religionem Christianam ad efficiendam populorum felicitatem aptissimam esse, maximeque idoneam. Etenim ex perpetua officiornm omnium caste sancteque obitorum vicissitudine velut e stirpe sua pullnlat felicitas atque efflorescit: quod vix, aut ne vix qnidem aliunde adsequuturum te, quam a Religione, putaverim. Egregie sane de virtutibus, vitiisque disputent philosophi, diligenter legislatores praemia, poenasque sanciant: at nisi animis inhaereat religio illa e coelo mortalium bono delapsa, parum certe illorum ipsorum proficiet labor, parum valebit industria. Sola religio praecipere vere potest ac jubere in suum cuique tribuendo justitiam, in rerum dele-

ctu prudentiam, in adeundis periculis fortitudinem, in laetitia, atque aegritudine moderanda temperantiam. Quotus enim quisque sine religione justitiam colat, si hinc magna utilitas oblata erit, hinc certa impunitas? Quotus quisque periculum adeat pro patria, pro Rege, alteriusque salutem anteponat suae? Quotus quisque a voluptate sibi temperabit, animumque intra honestatis fines continebit? Ac philosophus quidem et legislator manum a scelere, non animum a cupiditate coercebit: ac tum quidem coercebit, quum poena erit noxam consequutura. Si occulendi facinoris spes erit, legislatorem contemnet improbus civis, irridebit philosophum, seseque in omnem foeditatem ingurgitabit. Religio vero, quum doceat, hominique instillet, Deum omnes animi latebras pervestigare, nec solum facta, sed abditas etiam cogitationes intueri, praemia, poenasque pro cujusque merito aeterna statuere; quumque nemo queat Deum vel testem fallere, vel judicem rejicere, vel ultorem effugere; Religio, inquam, poterit hominis manum a scelere abstinere, animum a cupiditate avocare, eumque ad omnes officiorum partes sanctissime fungendas perducere, unde magna populis felicitas oborietur.

Quod si ad homines religione compositos atque informatos litterarum quoque, et scientiarum lumen ac-

cesserit; quanta, bone Deus, quanta erit beatitudo gentis illius, apud quam religio, et doctrina aptae inter sese et consociatae domicilium collocarint! Suppuderet me quidem apud vos, AA, si disciplinarum vellem praestantiam pluribus utilitatemque praedicare. Quoties ex ore vestro didicere adolescentes, cujusmodi illae vim ad molliendos mores, ad animum humanitate imbuendum, ad discutiendam errorum caliginem, ad mentem rerum excellentium cognitione ornandam haberent? Quoties ex ore vestro accepere, quanto eaedem illae ad multiplices hominum usus, ad plurimas vitae commoditates, ad omnium denique rerum opportunitates robore pollerent? Quid vero quod in bene morata civitate litterae disciplinaeque universae tanquam ancillae optime institutae religioni quasi dominae carissimae praesto sint, obsequantur, famulentur? Quare mirandum non est, si magnus ille Basilius, ut alios Ecclesiae Patres praeteream, bonarum artium studia tam magnifice extulerit, hortatusque sit adolescentes, omnes animi nervos ad eas arripiendas contendere, quibus, aetate confirmata, religionem et ornarent, et adversus hostes tutarentur.

Atqui licet FERDINANDVS nihil unquam majori sibi curae habuerit, quam ut religionis decus, dignitasque apud populos suos semper enitesceret; tamen numquam

8

hujusmodi studium, quam anno proximo patefactum est. Profecto ab Christo Jesu divina prorsus sapientia institutum ab ipso Evangelii exordio fuit, ut suus cuique populo pastor praeficeretur, cujus doctrina atque exemplo fidei, morumque sanctitas excoleretur, adolesceret, fructumque quotidie uberiorem afferret. Interea multi multos jam annos populi Episcopis carebant. Itaque morum labem quamdam, et conversionem factam esse, ac sensim a pietatis norma deflectere ad licentiam dolebamus. Quamquam autem, ut malis hisce sisteretur cursus, saepe Rex cum Pontifice egisset; saepe tamen obortae controversiae prohibuere, quominus coepta res maturaretur tam frugifera et salutaris. Verum tanta modo Ferdinandi fuit cura atque constantia, extricatis ut difficultatibus, in ea pacta summus uterque Princeps, conservata Sacerdotii, Imperiique majestate, convenerit, quibus universi, finibus dioecesium constitutis, Episcopis praepositis, confidimus omnem redditum iri Religioni splendorem, moribus sanctitatem.

Porro non multo minorem scientiae, litteraeque curam Principis, laboremque postulabant. Semper quidem apud nos suum constitit pretium studiis doctrinarum, semperque habitus honor est earum cultoribus. Nihilo tamen secius eaedem, quae pace otioque

delectantur, aluntur, augentur, nescio quo pacto inter armorum bellorumque vel strepitum, vel metum silere aliquando, abdere se, nec temere in publicum prodire, aut longius progredi videbantur. Nunc autem, pace terra marique parta, pacatoque orbe terrarum, Rex sapientissimus Gymnasium Neapolitanum, Academias, Lycea, Ephebea, severioribus legibus constabilivit, majoribus auxit ornamentis, praemiisque affecit honestioribus. Quamobrem non inanis quaedam spes affulsit, fore omnes ut disciplinae amplificentur, et nostratium ingenia ad decurrenda earum spatia alacrius incitentur. Ita eum inter cultissimas nationes locum, quo majorum laboribus pervenimus, teneamus, nominisque gloriam ab iis traditam tuebimur, et novis accessionibus ampliorem seris nepotibus splendidioremque prodemus. Quod si Regis Augusti cura studioque perfectum est, ut Religio, et litterae in hoc regno beatissimo et altiores agerent radices, et laetius revirescerent; quis negaverit, cum populo Neapolitano actum fuisse praeclarissime? Quis negaverit felicitatem fuisse eidem comparatam?

Cur autem quasi rerum magnitudine obruta paene praetervecta est oratio mea egregium illud Regis consilium, in quo non modo munificentiam, quae regia laus est, sed humanitatem, sed caritatem, quod

proprium est parentis, posteritas admirabitur? Fieri non potest, AA, quin plurimi in urbe tam frequenti vel valetudine, vel alio casu quopiam orbentur sensu illo et ad incredibilem hanc jucundissimarum rerum varietatem contemplandam pulcherrimo, et ad obeunda vitae ministeria pernecessario. Hi profecto oculis capti, perpetuisque tenebris mancipati miseram agebant aetatem, atque vel otio contabescere, vel in egestatem conjecti aliena misericordia vivere cogebantur. Paternus FERDINANDI animus commotus est: atque sicut olim ea praesidia lingua, auribusque captis comparavit, unde per industrios, gnavosque praeceptores novum quasi os, novaeque aures, ipsa natura devicta, ad usum vitae fingerentur; ita caecis idoneum parari domicilium, omnibusque rebus instrui mandavit: quem in locum collecti artes varias perdocerentur, quarum ope vel laetiorem viverent vitam, vel per se ipsi sibi, rebusque suis providerent. Qua quidem re quid fingi potest optimo Rege dignius? Regem autem optimum dico? Quid parente amantissimo dignius? quid in liberos carissimos humanius, quid liberalius potest excogitari?

Atque hactenus mihi videor paucas quidem FERDINANDI res gestas, sed eximias, planeque singulares oratione mea percurrisse, unde quivis intelligere po-

tuit, quali sit, quantaque virtute praeditus Rex noster Augustissimus. Quis enim, nisi animo inaudita sapientia, incredibilique fortitudine exaggerato tot aerumnarum acerbitatem a nobis avertere, quis tantam invehere tam praestantium rerum felicitatem potuisset? Nihil est jam caussae, cur tibi tuos, Roma, Titos, Antoninos, Trajanos Neapolis invideat: imo tecum contendat, FERDINANDVM jure quodam meliore, quam quemquam illorum, debere Patrem Patriae appellari. Atque is Princeps parum abfuit, AA, quin fato nobis funestissimo raperetur, nisi Deus ope praesentissima affuisset, Illumque e mortis limine dextera prope sua retraxisset. Et huic tam insigni in nos Dei benignitati, tam ingenti huic muneri satis erit actio gratiarum? satis erit unius, aut paucorum dierum gratulatio? Minime gentium, AA. Nisi mortalium ingratissimi videri haberique velimus, quotquot eunt anni dies, dum vitam vivamus, totidem Deo optimo Maximo gratiarum actiones referamus, totidem vota nuncupemus, ut amantissimi Regis valetudinem diutissime sospitet, faxitque, si non aeterna in terris, quod mortalibus datum non est, diuturna certe sit vita, diuturnum imperium.

Tu vero, Rex optime et sapientissime, macte esto virtute, gloriaque tua: ac perge patriam, populos-

que tuos providentia tueri , beneficentia ornare , sapientia amplificare. Nos certe quidem apud Deum pro valetudine, vitaque tua precibus votisque excubare nunquam desistemus.

DEL CANONICO

MICHELE BIANCHI

PROFESSORE DI LINGUA, E DI LETTERATURA ITALIANA

At Principi nostro quanta concordia, quantusque concentus omnium laudum, omnisque gloriae contigit?
C. Plin. Paneg. Cap. IV.

ORAZIONE.

Se il pregio delle sociali istituzioni misurar si dee sull' utile che dalle stesse deriva: altamente vanno quelle stimate, che de' lumi alle società necessarj tener si possono copiose sorgenti. Imperciocchè coltivandosi in esse quanto hanno di sublime tutte le scienze; e risultando queste dalle osservazioni, e dagli sperimenti seguiti nell' intervallo di tempo tra le capanne, e le città compreso: si convertono tutt' insieme al bene di ciascuna generazione i vantaggi per tanti secoli con cure immense raccolti. E poichè dimostra la storia de' popoli, che progredirono più rapi-

de, e più felici le società, quando furono esse da grandi Genj dirette, e governate: ne impone tal verità l'altro obbligo di far noto quanto convenga saper grado a' principi, che delle società con utili, e splendidi stabilimenti promossero la perfezione. Nè può alcuno impugnare, che importantissima parte d'insegnamento sia questa, la quale la gratitudine pe' ricevuti benefizj risvegliando, e ne feconda la sorgente, e dal privato al pubblico bene gli propaga ad un tempo.

Ora conciosiachè godiamo di ben ordinata, e prospera nazione anche noi i vantaggi; e nella Regia Università stabilita a diffondere sulla stessa la luce delle scienze siamo di pubblico ammaestramento incaricati: ben sentiamo il grave debito di esporre i copiosi favori ad ambe dall' ottimo Sovrano derivanti. E se tanto in ogni occasione praticar dobbiamo: moltissima ragione abbiam di farlo in questo giorno, che la recente letizia per la reintegrata salute di Lui con quella dell' anniversario suo di Natalizio confondendosi, trae quindi novel vigore. E più l' accresce il paragone che laddove in tristi età l' apparire di tali giorni costava nuovi affanni a' popoli obbligati a ripetere in essi nuovi doni, e gravosi: Noi al contrario presentiamo al nostro Re voti misti a viva gioia,

e riconoscenza, facile omaggio per chi forte la sente, ed al cuore di Lui più di ogni altro gradito. E perchè si conosca meglio la sincerità, ed intensione di tali affetti, lungi dall' usare lor consueto linguaggio, esporrò le cagioni, onde traggono essi origine, e ricorderò, quanto permette mia scarsa lena, doversi tutto al Sovrano, da cui riconosciamo la tranquillità, e la prosperità nazionale.

Nulla è più giusto, ed alla nostra natura conforme, che la corrispondenza di grande amore e gratitudine al godimento di grande, e pregevole bene. Ma niuno vorrà negare, che sia per una nazione bene grandissimo l' avere in Re colui, che nato ed educato in seno ad essa, potè concepirne assai per tempo quell' amore, che alla patria con dolcissimi nodi naturalmente ci lega. È quindi chiaro che un Principe così fatto oltrechè fu nutrito dalla culla di quegli alti pensamenti, e sensi, che formano lo spirito reale; alle altre premure di rendere i popoli felici que' motivi agginnge, i quali suole il patrio affetto produrre. E poichè de' sudditi, onde nacque, e crebbe concittadino, e sovrano, tutta conosce la condizione, il clima, il suolo, gli ordini, le leggi, i bisogni, le forze, le virtù, i vizj: alle tante ragioni di volerne la felicità unisce la più ade-

guata conoscenza de' mezzi, e de' modi i più idonei per recare ad effetto un' impresa capace sola di rendere i Re cari alle loro età, e venerati da' vegnenti secoli.

Di un tal divisamento poi per ragioni, e per fatti innumerevoli abbastanza cognito ne abbiamo assai prove, e certissime nel nostro Sovrano. Imperciocchè da' primi anni del suo regno non solo mostrò egli verso i suoi popoli quelle sollecitudini, che a Re saggio convengono; ma in ogni occorrenza anche la più lieve pose quella cura, e tanto amore verso loro spiegò, che la nazione intera applaudì esultante a' suoi cambiati destini, e ciascuno nel proprio Re il fratello, il padre, l' amico, il concittadino gioioso vagheggiava. Nè furon vani i felici augurj, nè passò molto che in gravissimi oggetti di pubblico bene confermò la Maestà sua le speranze lietissime nei nostri cuori destate. In fatti quantunque bilanciasse tra l' affetto, che lo spingeva a rilevar dall' abbiezione popoli tanto degni di miglior fortuna, ed il bisogno di attendere per la grande, e bella opera stagione più comoda: nondimeno i più funesti abusi tolse costante, e molte cose provide, che a più rilevanti riforme spianavano la strada. E siccome conveniva abbatter prima quanto era di ostacolo

a' suoi alti disegni: così coloro ch' erano a' popoli, alle leggi, ed a' principi egualmente infesti a poco a poco abbassando, e ristringendo spesso lor signorie, l' antico baluardo della barbarie contro la civiltà d' ogni lato batteva. Ed altri non piccioli difetti nel politico sistema scorgendo, provido dettava le opportune ordinanze, tal che alla nazione tutto presagiva periodi felici, gloriosi, e nuovi affatto nella patria storia.

Sì eran tutti lietissimi pe' fausti cominciamenti, e rispondevano loro e plausi, e benedizioni: ma come presto seguirono altre agitazioni a quelle del giubilo, e della riconoscenza! Divampando nel Settentrione atroce discordia, venne la nostra tranquillità turbata, e necessità inevitabile chiamò altrove le Sovrane cure. Imperciocchè è una verità confermata da' monumenti di tutt' i tempi, che siccome seguono ad intervalli nella natura i fisici sconvolgimenti, così ha le sue rivoluzioni anche lo spirito de' popoli. E chi non sa con qual terribile apparato si mostrarono esse a' nostri giorni in rimota contrada, chi non conosce la serie di sciagure, che procedenti da quelle sovversioni colpiron poscia il resto d' Europa? Quindi dal momento che furono veduti invasi altri popoli da cagioni distruggitrici, l' ottimo nostro Sovrano nulla

trascurò, perchè i suoi sudditi, quanto era in Lui, da somiglianti mali serbasse immuni. E dalle prime alle ultime le pubbliche calamità col pensiero scorrendo, tutto praticò, affinchè i popoli illuminati, e virtuosi in quella concordia, e buon ordine si tenessero, senza de' quali non si aduna società, o fatta teatro di miserie nelle tempeste dell' anarchia finalmente si perde. Che se l'urto talora irresistibile di avversa possanza trionfò delle provide cure del nostro Re; e se da guerre, da intestine discordie, e da moltiplici mali, fummo Lui assente non poco agitati: contribuì questo a maggiormente convincerne dipendere da Esso la nostra felicità, giacchè ricuperammo mercè sua i perduti beni, ricevemmo al suo ritorno calma salutare, e con ciò l' unica facoltà di godere, e di conservare i più bei vantaggi alla social vita inerenti.

E come che debba tenersi grandissima la gloria di restituire ad una nazione la sua tranquillità, pure il beneficio del nostro Sovrano divenne anche maggiore per la condizione del tempo. Già da lunga pezza i tristi mai sempre avversi all'onesta gente le ponevan cagione de'mali comuni, derivanti d' aliena sorgente; e avendosi messo in cuore d' invadere i frutti dell'industria, dell'onesto travaglio, del talento, si vedevano bal-

danzosi insolentire all' appressar di quel giorno, che più de' cattivi sospiravano i buoni. Così o che mal si conoscesse la connessione delle cose, o che mal si confacesse tal conoscenza con altre mire: dava l'animo ad alcuni di voler nuove tempeste, e più gravi nel tempo appunto, che dovevamo tornar tranquilli. Ma volle smentiti i perversi voti l' ottimo nostro Re, vicino a comparir tra suoi sudditi qual Genio di pace, cui fanno tanti beni ampio accompagnamento. Oh quanto sarà dolce al cuore di tutt' i buoni della presente, e della futura età la memoria di que' giorni consacrati da più segnalate sovrane beneficenze! Cessar tosto il replicato flagello della guerra, ritornare alle proprie famiglie migliaja di cittadini, popolarsi di coloni le campagne, furono questi i principj di nuovi periodi, e felici. Ma non furono nè i soli, nè i maggiori. Nello sgorgo de' ritenuti cattivi umori il nostro Re tutte vide le sciagure prossime a disertare la capitale e 'l Regno; vide facile a convertirsi in torrenti di sangue la piena di gioia pe' felici cambiamenti, e consagrò alla nostra salvezza i primi suoi pensieri. Gerone di Siracusa, poichè la sorte delle armi pose a sua discrezione i Cartaginesi, e pendeva da suoi labbri il loro destino, in prezzo della vittoria comandò a' vinti di non più ammazzare i proprj figli.

Applaudì l'umanità a un tal divieto, e per esso più che per altre imprese divenne la ricordanza di quell' Eroe cara a' secoli. Sì cara all' umanità, cara a' secoli sarà pur vostra memoria, o FERDINANDO, che da' nemici non già, ma da' vostri sudditi esigeste come pegno di vera soggezione il non perseguitare, il non infellonire contro i lor fratelli, ma sì bene l'amarsi a vicenda. A tali cenni pacifici cadde il pugnale, cadde la fiaccola dalla mano del cittadino fremente contro la vita, e le fortune del cittadino; e gli animi liberati dal terrore poterono interamente abbandonarsi alle dolci commozioni eccitate dal faustissimo avvenimento.

Quali nuovi titoli di riconoscenza verso di sì gran Sovrano! quanti sono essi rari nelle storie! qnanto a rimembrarli grati! Ma poichè non bastava al suo magnanimo cuore l'aver salvato la vita naturale, e parte della civile a tanti de' suoi sudditi; volle ancora a tutti confermato il proprio rango. Ed oh se lo sguardo di Lui fosse allora penetrato nell' interno di tante famiglie tolte finalmente dai palpiti! se avesse veduto la moglie piangere di contento sul marito, a cui la Real beneficenza conservava la dignità, e in essa sovente i mezzi di sussistenza: se avesse veduto i piccioli figli attoniti, e inteneriti alla nuova scena confondere le loro lagrime con quelle de'

genitori, e ripetere le benedizioni sul capo di Colui, che nel paterno rango loro conservava e considerazione, e spesso anche i mezzi da essere nutriti, ed educati: se di tale spettacolo fosse stato il nostro Sovrano testimone, quali piaceri dolcissimi avrebbe raccolto dalle sue magnanime, ed umanissime virtù! Chi potrebbe tutto estimarne il merito? E posso io celebrarle degnamente? Ma poichè le cose eminentemente sublimi non curano gli sforzi di qualunque eloquenza: invece di tentare elogj sempre superiori alle mie forze, e minori del suggetto; ricordo solo che il nostro Re ecclissò la gloria de' Conquistatori col salvare la nazione, cui domina; pareggiò i principi più saggi, più giusti, e umani, quando nulla tolse al talento, e non seppe veder colpa, dove non si era fatto, che cedere alle circostanze; e fu l'emulo de' pochi principi più celebrati per clemenza, quando dimostrò, che sapea perdonare, e vendicarsi co' benefizj, dove di alcun fallo trovasse il demerito. Or può recarne il Sole giorno più lieto di quello, in cui al celebrarsi il dì natale di così magnanimo e benefico Eroe novellamente si eccita ne' nostri cuori tutto il giubilo per la sua ricuperata salute?

II.

Tra le lodi date ad un gran Principe dell' antichità l'oratore nota che fu solo permesso al suo Eroe l' essere Padre della patria prima di prenderne il nome. Che diremo del nostro Re, il quale il regno da Lui salvato a quella condizione ridusse, dove solo conseguir possono i sudditi ogni vantaggio per essi possibile? E se Trajano nella sua età, e dopo riscosse tanti elogj, comechè non tutte adeguasse le speranze nelle sue virtù fondate: quali encomj, e ringraziamenti possono agguagliare i meriti di Ferdinando, che le speranze non solo, ma anche i voti sorpassò de' popoli?

Nel disegno dunque di prosperargli al più alto grado, ricordossi l' ottimo, e saggio Sovrano non poter lungamente fiorire uno Stato, che di ordini, e di leggi adattate sia mancante. E vedendo perciò che doveva le stesse nel suo regno provedere, mosse di là i primi passi, donde muovere conveniva per giugnere alla meta. Ei pensò allora, e fu troppo giusto il pensiero, che a recare ad effetto la bella impresa nient' era più utile, che l' opera di persone da Lui sperimentate e ricche di sapienza politica, e zelatori di sua gloria, e ardenti di promuovere il pubblico

bene. Quindi o che a più tardi nipoti si propaghino col sangue certe virtù, o che il ritorno di simili bisogni suggerisca in ogni tempo gli espedienti più opportuni: non lieve somiglianza io scorgo tra FERDINANDO, che con la scelta di pochi, e fidi Ministri riordina il regno, e l'immortale Errico IV. che con virtù, e mezzi in parte simili salvò la Francia. E trovi chi vuole ragioni di divario, io non temo di mentita, mentre sarà sempre vero, che la bontà del cuore, la intensa premura pel bene nazionale, la confidenza riposta in egregj Ministri, ed i successi indi seguiti mostrano nel nostro Re l'Errico novello.

Questo regno malmenato per secoli da tutte le sciagure inseparabili dalle rivoluzioni, da'cambiamenti di Dinastie, da governi de'Vicerè vide sotto l'immortale Carlo III. la ridente aurora di più felice avvenire. Beneficato da quel Monarca più di quanto i tempi permettevano, ricevè dall'Augusto suo Figlio progressivi miglioramenti. Infatti Egli ora supplì con nuove leggi il voto delle antiche, ora corresse le altre, ed ora l'ordinamento del regno in quelle parti riformò, dove esigeva, e permetteva riforma la condizione de'tempi. Altamente persuaso di ciò, che ignorar non dee principe saggio, non si avvisò di dare intempestivamente allo Stato nuovi ordini, che non indicati

Τοῦς ἄυλους καταβάλλοντες, γλύκερας τε χόρειας.
Ἄλλαγε ἥ Σεῖρην ἀκαχημένη ᾗος ἔηος
Πλεις᾽ ὀλοφυρομένη ἀρ ἐλίσσετο Ἄισαν ἀπηνῆ
Ἐυχομένη μαλα πόλλα, ἐἰ ἄυτης θύμον ὀρίνῃ·
Αὖταρ ὃ Παντοκράτωρ λάων ςεναχὴν τε, γόον τε

Ἤχοε λισσαμένων, κ' αὔτου χόλος ἔμπεσε θύμω.
Ἔνθ' Αἶσαν καλέει, κράτερον δ' ἔπι μύθον ἔτελλε.
Μὴ θαρσῆς ἀπάνευθεν ἔμου ταὶς χὲρσι μελαίναις
Ἰφθίμους μεγάλων ἥρώων ψύχας ἔλεσθαι.
Τῶν γαρ ἔμοι βιότοιο μελέι, τύχης τε ἀρίςης.
Ἄλλ' ἴθι· Ἔδδεισεν δ' αεκοῦσα, κ' ἐπέθετο μύθῳ
Αἶσα χάκη, τοξον τε μὲν ἔθλασεν. Ἦτε μάθησεν
Ἀἰδᾶσθ' ἰσοθέους, αὔτων τ' ἀπὸ χέρας ἔχεσθαι.

EIVSDEM

LATINA PARAPHRASIS

ELEGI

Indue, Calliope, roseos nunc indue cultus,
    Indue festivos, blanda Thalia, sinus.
Jam decet, et viridi praecingere tempora lauro,
    Ludere et Aoniis carmina culta modis.
Ante chelyn tetigisse nefas, et mollia plectra,
    Ante nefas, laetum concinuisse melos.
Nablia pendebant ingrata per otia, Pindus
    Squalluit, et dulces conticuere lyrae;
Dum mors, heu infesta bonis, crudele parabat
    Exitium Regi, funus et Imperio.
Ah! quoties Siren gemuit, quam moeror acerbus
    Undique sollicitis torsit imaginibus.
Saepius ipsa oculos lacrimis suffusa nitentes
    Abstineas, inquit, mors, precor, atra manus,
Abstineas, mors atra, precor, dextraque rapaci
    Ne properes tantum subripuisse decus.
Illius auspiciis litui siluere, tubaeque,
    Et pax florentes candida fudit opes.

Illius auspiciis nituere et Apollinis artes,
Quas fovet ingenuo Pallas amica sinu.
Nonne vides, ut cuncta gemant singultibus, et jam
Flebilibus resonent vel cava saxa modis?
Nonne vides, Superos ut publica vota fatigent,
Ut populi votis annuat ipse Deus?
Vix haec; cum tensos arcus, volucresque sagittas
Percita mors furiis fregit, et infremuit.
Sic didicit, magnos Divos venerarier, atque
Djs-genitis avidas abstinuisse manus.

EIVSDEM

EPIGRAMMA

Morte triumphata, spoliis Rex gestit opimis,
Et certant cives carmine: *victor io*:
Victor io alternis recinunt eques, atque senator,
Et trepidant alacres solvere vota Deo.
Tu, Siren, titulosque novos superadde vetustis,
Et nova sollerti sculpta trophaea manu.
Templaque consurgant sublimibus alta columnis,
Praeferat inscriptus talia verba lapis:
Quae Deus excepit populorum vota precantum,
Perpetuo solvi candidiora velit.

FRANCISCI M. AVELLINII

GRAECAE LINGVAE PROFESSORIS

ΕΙΣ ΤΗΝ ΥΓΙΕΙΑΝ

ΥΜΝΟΣ.

Ὑμνεομεν πρεσβιστην Αθανατων Ὑγιειαν,
  Χαρμα γλυκυ θνητοις, χαρμα δ' επουρανιοις·
Παιδα Διος μεγαλου, πολυθαλμιον, ἱμεροεσσαν,
  Την Αϊδης ςυγεει μουνος ὁ δακρυοεις.
Της ατερ ου πλουτου χαρις, ου βασιληϊδος αρχης,
  Της ατερ ουδε φιλων εστι χαρις τοκεων.
Ου χρυσοστεφανου χαρις εστι ποθων Αφροδιτης,
  Ουδ' αλλη τερψις τις θεοθεν πελεται.
Οὓς δε κεν ευμειδης αυγαζει, τοισι μεν ολβον,
  Τοισι διδωσι βιου τερμα πολυχρονιον,
Τοισι λυσιν μοχθων· τοις καλα τα παντα τεθηλε,
  Τοις ειαρ λαμπει θελξινοον Χαριτων.
Ποτνια, σ' ὑμνεομεν· και γαρ τι κε λωϊον αλλο
  Αιδειν Αυσονιων εςι χοραις κρατερων;

Οἱ δ' εὐτυνόμενοι μολπῃ τε και ἐς χορον αυτις
Λεξουσιν νεαροι, Ποτνια, σην αρετην.
Και γαρ ΦΕΡΝΑΝΔΟΝ, παντων βασιλευτατον ανδρων,
Ουρανοθεν φιλεων Ζευς σε προηκε, Θεα.
ΦΕΡΝΑΝΔΟΝ φιλεων αιει μεγαν, αιεν ανακτα,
Γαιας κοσμητωρ ὁς κρατεει Σικελης·
Ο'ς δ' ετι παιδνος εων εφρασσατο παντα τελεια,
Νυν δε δρεπει πασων των αρετων κορυφας.
Τηξιμελει νουσῳ κεκολουμενος αυτος εκειτο,
Παρθενοπης γαιαν πενθος ἱκανε μεγα.
Θρηνει μεν φιλοφρων ΚΑΡΟΛΟΣ τον αδελφον αδελφος,
Ιφθιμοι θρηνουν τον βασιληα χοροι.
Αλλα Λιται Ζηνος κουραι μεγαλοιο μεδοντος,
Ταις μετοπισθ' Ατης πολλα κιειν μελεται,
Ηλθον προς κορυφην πολυδειραδος Ουλυμποιο,
Ηλθον και Ζηνος προς θρονον Ικεσιου.
Εκ δε Διος βασιληες· ὁ μεν προς την Υγιειαν
Ειπεν· Παρθενοπης δημον απαντα σαω·
Ερρωσθω βασιλευς. ὁ περι προ γαρ ευρυ βεβηκε
Παντων, και θνητοις φιλτατος η δε θεοις.
Ερρωσθω παντων ΦΕΡΝΑΝΔΟΣ ὁ φερτατος αρχων,
Οφθαλμος Σικελης και χθονος Αυσονιδος.

Η῾ δε κατ᾽ Ουλυμποιο καρηνων αἴξατα
Αυτικα βη Δαιμων, και σοος ην βασιλευς.
Ποτνια, και νυν μεν συν τ᾽ ευγμασι συν τ᾽ ολολιγαις
Προφρων και λαοις ερχεο και βασιλει·
Και συ μεν, ω Δαιμον, ΦΕΡΝΑΝΔΟΝ Ζηνος ἕκητι
Σωσας, και συ χρονον σωσον ες ὕςατιον.

EIVSDEM

PARAPHRASIS LATINA

ELEGI

Divarum te, Hygiea, canam, sanctissima: dulce
Quae decus es Superum, dulce hominumque decus:
Te Iovis aeterni sobolem, omnibus exoptatam,
Odit quam solus Dis, metuitque, Dea.
Te sine non auri, non regni est grata voluptas:
Ipsa patri est proles te sine cara minus.
Quin et nec Veneris sine te sunt gaudia: nulla
Gaudia mortalis te sine vita trahit.
At quos tu faustis, Hygiea, tueris ocellis,
His et opes, Pylios his tribuisque dies;
His et tu tribuis solatia grata laborum,
His et ver floret perpetuo Charitum.
Inclita, te canimus: nec te praestantius ullum
Nunc innuptarum carmina concelebrent.
Et laetis hymnis sese pueri accingentes,
Dicent virtutem, Diva Hygiea, tuam.
Te Omnipotens misit, cui curae est optimus inter
Reges FERNANDVS, Iuppiter ipse polo:

Fernandvs curae est magnus Divumque hominumque
Patri, lux Siculi, quod regit ipse, soli.
Qui et magnus sapiensque fuit vel mollibus annis,
Virtus commendat nunc veneranda virum.
Is jacuit morbo affectus: tristissimus inde
Exanimem luctus Parthenopen tenuit.
Luxit tum fratrem Carolvs, luxitque parentem
Nobile par fratrum, gnatus uterque pius.
Atque Preces Magni natae Iovis (anxia namque his
Cura est sollicitis impia damna sequi)
Ingentis celeres sistunt se ad culmen Olympi
Suppliciter tristes, Hicesiique thronum:
Ab Iove sunt Reges: Tibi tum, Dea, Iuppiter inquit:
Regem tu serves, Parthenopemque simul.
Fernandvs vivat, quo non praestantior alter
Vivit terrigenis carus et ille Diis.
Fernandvs vivat, quo nunc se Oenotria jactat
Felix, sit tanto et Rege beata diu.
Tum tu sublimi extemplo de vertice Olympi
Descendis, Regi fers et opem propera.
Votis te nunc excipiunt, te carmine laeto,
Sospite Fernando, Diva, canunt populi:
Et tu Fernandvm servasti: tu, Dea, regem
Serves ad seros Nestoris usque dies.

37

CANONICI

MICHAELIS BIANCHI

LINGVAE, ET LITTERATVRAE ITALICAE PROFESSORIS

CARMEN

Pallida nox medium cursu trajecerat axem,
Et jam rursus equis Eos properabat anhelis;
Nullus cum vario strepitu se tollit in auras
Clamor: nec praeceps sonipes, tractusque rotarum
Concutiunt tandem loca nocte silentia late.
In somnis ecce ante oculos mihi tristis Imago
Adstitit ora modis tollens pallentia miris.
Horresco, gelidusque coit formidine sanguis;
Sed vires revoco, postquam compellat amice
Virgo; nam talem praebet pulcherrima forma;
Foedarent quamvis saevi vestigia luctus;
Errabant niveo collo sine lege capilli,
Effusaeque genis lacrymae; dum saucia corda
Innuit aegra manus; lateri stat copia cornu.
Hic habitu patuit Dea, quae praestare beatos
Una potest homines; quid tantum pectora turbet
Percontor miserans suspiria longa trahentem.

Rumpit tum vocem : securos carpere somnos
Heu potes ; et dulci perfundere membra quiete?
Languet FERNANDVS vexato corpore febri,
Quam dudum voti reus excessisse putabas :
Regia miscentur tristi jam tecta tumultu ;
Tempore nec certo Procerum jam quisque frequentant
Aulam, quo possint propius cognoscere qualis
Morbus Apellinea decesserit arte levatus ;
Vel qui respiciant Coelestes vota precantum.
Hinc spissis subito ludi siluere Theatris,
Atque boni trepidant omnes, dum fama vagatur
Acri tentatum morbo decumbere Regem.
Ac veluti quondam mugit Vesuvius aestu,
Igneus et torrens disrupto evolvitur ore,
Urit agros, urit sata laeta, hominumque labores,
Flammarum et lapsu ferme supereminet urbi :
Horrent sic cives Regi, et sibi dira timentes,
Immitis nimium morbus ne torqueat aegrum,
Infirmo et febres absumant corpore vires.
Heu cari capitis praeceps si labitur aevum,
Regia qui ingeminent tristes circum atria questus,
Quosque dabit gemitus pietas spectata parenti!
Tyrrenam ac Adriae quodcumque interjacet oram,
Intonsi montes, et campi, et Moenia luctu
Omnia tunc resonent, et qua effluit unda Truenti

Infamem ad Scyllam, projectaque saxa Pachyni:
Scilicet haec instat clades. Sed prospice ab alto
Immeritae Genti, quaeso, tu prospice Numen.
Laetetur rursus dilecto sospite Rege,
Quo numquam regnavit ei praestantior alter,
Commoda qui pacis, qui doctas intulit artes;
Æquas ac jussit leges, ut Principe nullo
Jactarit tantum se Parthenopaea propago,
Auspice non alio speraverit aurea saecla.
Proh sapiens Princeps, si qua fata aspera rumpas,
Innumeris populos damnabut Numina votis.
Dixit, et intonuit laevum. Tum protinus ipse
Excutior somno, atque pedem mox effero tectis,
Ocyus ut noscam sint nec ne insomnia vera.
Agmina tunc stupeo, quae passim Templa recursant
Incolumem acceptum Superis referentia Regem
Addo me socium; sacras irrumpimus Aedes,
Quaeque canunt animi grati Delubra resultant.

E I V S D E M

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ

Ειρηνην ὃς εδω, κ' ανεσιν πολυ αμμιν αριστος·
  Και θεσμους ομαλους εμφρονα θυμον εχων·
Τεχνας και δομενι προτιμας, επιιστορι παντων
  Εργων, οις εισιν κτηματα αρχομενοις·
Λωττῳ τῳ Ηρωι ει ουτι χαριζομ' αοιδῃ,
  Μηκιστου ποθεω εξοχα δωρα βιου·
Ευδαιμον ΦΕΡΝΑΝΔΕ εις πλιςους ενιαυτους,
  Και μετα σου ειην ολβια τεκνα φιλα.

PARAPHRASIS LATINA

Foedera qui pacis, qui leges pertulit aequas,
  Sollers ac nobis providet usque bona:
Artes utque colant populi, tenditque, fovetque,
  Adsit quo partis copia divitiis:
Dignas Heroi referent num carmina grates?
  Longius hinc aevum praemia grata precor:
Sis felix plene innumeros, FERNANDE, per annos;
  Gaudia tum cumulet Regia Progenies.

EIVSDEM

Tanta spe populos FERNANDVS tollere curat,
    Vt certe ipsorum gloria vincat avos;
Cultu cum Samnis fuit atque illustrior armis;
    Campanus Romae cum obstitit impavidus:
Cum Salentinis celebrata tot Oppida Campis;
    Clarum cum insonuit nomen Iapygiae:
Haec fore quis dubitet renovato jam ordine rerum
    Aurea quis Patriae saecula adesse neget?
Ergo quid mirum si omnes expavimus, aegro
    Principe, quem refert perpetuo incolumem?
Quid mirum votis nullum si sanctius illis,
    Solvere quae praestat, sospite Rege, Deo?

ALOYSII VINCENTII CASSITTI

THEOLOGIAE DOGMATICAE PROFESSORIS

E L E G I A

Increpuit subito ceu nigri vertice montis
 Iupiter et cives perculit attonitos;
Horrificis Regem comprensum Mortis in ulnis
 Luctari, et prope iam pertrahi ad Elysios
Fama sonat. Iam Chalcidicae non angulus urbis
 Ullus, pars populi nulla dolore vacat.
Euboicas ululasse nurus luctu exanimatas
 Vidimus, et fusis verrere templa comis,
Quo gravis ira Dei ponat, nobisque benignum
 Sincero Patriae servet amore Patrem.
Publica non tanti certe essent damna pavorque,
 Vesbia si latis flamma tonaret agris,
Agricolaeque metu trepidi civesque relictis
 Æternum excidium sedibus ingemerent.

40

Vt quum olim, regnante Tito, mons ferbuit irâ,
Totus et oppressos incidit in populos,
Magna sepulcra virûm occultans et nomina magna,
Quum damnata gravi perdidit interitu.
Qui terras Deus imperio regit arbiter aequo,
Qui mare, qui nitidi lucida signa poli,
Hic nos et vidisse oculo solet usque benigno,
Providus et nostris consuluisse bonis.
FERNANDVM ergo patrem nobis auferre minatus,
Substitit, et subito reddidit incolumem,
Quo se adpareret memorem gregis esse suorum,
Votaque nostra animo fortius eliceret,
Carior ut genti Princeps, gens Principe digna
Cara suo magis ut nostra magisque foret,
Ceu viola in saltu suaves quum spirat odores
Semifero Satyri tacta repente pede,
Occidit obstipo propendens marcida collo;
Sed si rore statim spargitur irriguo,
Insperata illi vita augeturque venustas,
Efflata et penetrat dulcior aura nemus.
Numne aliud tibi, Parthenope, evenisse putandum,
Quum carum peterent tanta pericla caput,
Ostenditque Deus te orbari Principe posse,
At non sublato, est nunc tibi certa salus?

Ergo age, nosce Deum, praesens non despice Numen,
Quo tibi concessum est tanta cavere mala.
Nosce Deum, qui Rex Regum est, Regesque ministros
Servat, in his vitam proferat ut populo.
Nam velut incutiat si quis magno impete ferrum,
Dum caput abscissum protinus ense rapit,
Corpus humi exanimum ruere, atque perire necesse est,
Cui pergit trepidis artubus ire cruor;
Sic Deus evertit populos et vindice dextrâ
Perdit inhumana in crimina praecipites.
Tunc Rectore carent, fractis tunc viribus urbes
Mortua vulturiis praeda futura iacent.
At tu, vive diu, bone Rex; nec tam cito raptum
Debita virtuti sidera suscipiant.
Vos viridi tandem adspiciat, laetâque senectâ
Te, Francisce simul, Te, Leopolde, senes.

LAVRETI APRVZESII

IVRIS ROMANI PROFESSORIS

CARMEN

Qua violas inter Permessi murmurat unda,
Ludit et Aonias Zephyrus levis inter aristas,
Fila lyrae Phoebus tangens aurata canebat
Fulmine Phlaegraeos trifido jaculata Gigantum
Corpora per campos, Dîs ausa indicere bellum,
Sidereaque Jovem conata expellere ab arce.
Nymphae aderant, Satyrique leves, doctaeque sorores.
Cum visa est nubes laevo fulgere ter igne,
Et tremere insolito Pimplaea cacumina motu.
Haec inter media pater est ita nube locutus :
Quid Satyros, Nymphasque inter, turbamque sororum
Rupe sub Aonia tantorum, ignare, malorum
Phoebe, moves citharam, nec te mortalia tangunt
Fata, nec ora gravi Sebethidos imbre rigata?
Eja, age, rumpe moras, medicis nunc artibus usus,
Nunc doctas adhibere manus. Invise gementis

Moenia Parthenopes, et acuta febre calentem
FERNANDVM releva, qua praestas arte. Quid ultra,
Quid cessas? Febrem torrentibus ejice venis.
Nec redeas, redeat primum nisi robur in artus.
Ille ala aequatus tenues se librat in auras
Apta ferens dextra morbi domitura furorem
Balsama pressa tuis, Eos nitidissima, ab herbis.
Jamque aderat, necdum mediam penetrarat in aulam,
Lumina cum vidit moesto rorantia fletu,
Et gemina lacerata manu Sebethidos ora,
Plurimaque ex imo suspiria ducere corde
Audiit, et singultanti sic ore loquentem:
Dî, prohibete nefas. Saevae pia fila sorores
Ducite FERNANDO. Bis tertia febris adurit
Exta patris, Regisque mei: medicamina vidi
Nil juvisse aegrum, nil pharmaca prompta jacentem,
Quis mea, quis lacrymas versare in fata recuset?
Hoc mihi prima aetas auri sub Principe fulsit;
Hujus ope augustis crevit reverentia templis;
Hujus ope arva colit tutus foecunda colonus;
Tutaque roborea Typhis secat aequora puppi.
Jamque avidus Tanais currit mercator ad undam,
Et permutandas Gangeticus accola merces
Longius aequor arans nostras traducit ad oras.
Jam populis Astraea novum jus aequa ministrat,

Ingenuasque colit Pallas felicius artes;
Majus et Ascraeo crevit modulamen Olori.
Di, prohibete nefas. Saevae pia fila sorores
Ducite Fernando. Flavos sic fata capillos
Nympha, genasque secat. Tum lumina Phaebus in aegrum
Figit, Regalisque thori consistit ad oram.
Et, quae stent vires, venas qui torreat aestus
Febrilis, noscit: laetisque arridet ocellis,
Plorantemque appellat Nympham, et talia fatur.
Siqua fides nobis, medicas qui novimus artes,
Puniceis Aurora rotis cum illuxerit orbi
Illi prima salus aderit, stratumque relinquet.
Tunc Nymphae rubuere genae: tunc gaudia rursus,
Rursus et antiquae rediere in pristina vires.
Nec contenta, mihi dic nunc Deus, incipit illa,
Cum tibi nil lateat, ventura quod afferet aetas,
Et Delphis hominum vitae praesagia dicis,
Hunc Patriae quae fata manent, quot lustra, Parentem?
Audi, Phoebus ait, Pater eventura videre
Si mihi posse dedit; generoso in pectore crescet
Semper amor patriae, neque lux umquam effluet ulla,
Qua non illius nomen, preclaraque facta
Hesperii populi, populi mirentur Eoi:
Nec gemino Princeps erit Orbi notior alter.
Quod si scire aveas, illi quot lustra supersint,

Hunc esse Europae Regum cum Nestora cernas,
Juro etiam Pylii per tempora Regis iturum;
Interea nostra dum quae cognovimus arte
Jupiter accipiat, populo mea dicta fideli
Nympha refer, Patrem merito ut veneretur honore.

DI ALESSIO PELLICCIA

REGIO PROFESSORE DI DIPLOMATICA

SONETTO

Invidia rea, che di livor ripiena
Ha in odio il riso, e ride sol del pianto,
Bieca mirò nostra Regal Sirena
Girne fastosa al suo buon Prence accanto.
Morse fremente allor la sua catena,
Muggì di sdegno, ed infierì cotanto,
Che volò tosto in sulla stigia arena
A quella Parca, che ha di morte il vanto.
Ad Atropo crudel coll' occhio solo
Accenna il Rege augusto, e venerando,
Sì caro al Mondo, e al Regnator del Polo.
Costei feroce ormai stringeva il brando;
Ma in ascoltar della Sirena il duolo,
Pera invidia, esclamò, viva FERNANDO.

THOMAE SORRENTINO

ORDINIS IVDICIORVM CIVILIVM PROFESSORIS

ELEGIA

Ille, pater patriae, et gentis tutela Sicanae,
Ille, decus, Siren, praesidiumque tuum;
Parta per externas cui tu commercia terras,
Totque accepta refers foedera amicitiae;
Alternis dira cruciatur febre diebus,
Nullaque jam praesto est, quae levet, herba, malum.
Ite procul pessum, lethalia munera, morbi;
Trans maria iratis vos ferat aura notis.
Tuque, avidas ne tende manus, mors improba; nescis,
Quam carum tentes dilaniare caput.
Horresco tacite mecum ipse in pectore versans,
Quam nostris rebus mors gravis una foret.
Hei mihi! quot lacrymas (infaustum avertite, divi,
Omen) quot tristes ederet aula sonos.
Regi parce pio, dilecto heu parce parenti,
Quo gens, quo tota est regia nixa domus.

Sanctos jus statuit reges: improvida sanctum
Tu cave ne tangas: tangere sancta nefas.
Cumque omnes maneat fatum irreparabile, cumque
Vi propria in terris omnia nata cadant:
Serus vitali saltem decedat ab aura,
Atque diu intersit civibus ille suis.
Sed quorsum haec animo nequicquam vana revolvo,
Si mors humanas respuit atra preces?
Stat sua cuique dies, fatorum lege statuta:
Fatorum leges quis violare valet?
Non aetas pueros, reges diadema, nec ipsos
A nece pontifices infula sacra tegit.
At qualis laetus mihi nunc perfertur ad aures
Nuncius, et plausus, laetitiamque gerit?
Grata quiescentem fallunt ne insomnia mentem?
An spes me fictis ludit imaginibus?
Haud fallor: Regi vetus in praecordia virtus
Jam rediit, vires jam rediere novae.
Eja hilares mecum, cives, attollite cantus;
Pro Rege incolumi solvite vota Deo.
Rex valuit; valuit nostrae spes fida salutis,
Nequaquam ad seros interitura dies.
Non alias fuerat tam sancti principis unquam
Mors invisa minus, vel mage cara salus.

O qui mortalis fugientia tempora vitae,
Æternaque regis qui ratione vices;
Si te FERNANDVS non cassa in vota vocavit,
Fac multos, quaeso, vivat ut ille dies!
Tu populo regem, natis tutare parentem,
Et quidquid nobis sanctius esse potest.
Tuque, iterum nobis qui redderis, eja fovere
Regali cives numine perge tuos.
Mille revolvantur tibi sic feliciter anni,
Crastinaque adveniat gratior usque dies.
Grandaevosque simul natos, parvosque nepotes,
Jam senior cernas signa paterna sequi.

CAIETANI GIANNATTASII

PAROCHI ECCLESIAE S. IOANNIS FLORENTINORVM

SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS

EPIGRAMMA

Quid fles Parthenope? summo de vertice Olympi,
Parce metu, laevus Juppiter intonuit.
Ad superos celeri properant pede vota, precesque
Quas fervens puro pectore fudit amor.
Non populi FERNANDVS amor? Non civibus, urbi
Aurea secla iterum rettulit ipse redux?
Talia secla igitur clamant: absistite fusis
Parcae; nec bifida forfice fila cadant.
Sic tu spectandus viridi Rex usque senecta
Intersis populo, serus et astra petas.

DELLO STESSO

SONETTO

Corse affannosa d' Epidauro al nume
Partenope fedel, veggendo morte
Star su FERNANDO, e già d' obblio sul fiume
Pronta la barca a traghettar l' uom forte
Vieni, gridò, si spegne il vivo lume
Che su me raggia, e in un mia lieta sorte.
E quegli: Igia, che starsi ha per costume
Ne' lidi tuoi, vò che il soccorso apporte.
Per pochi istanti avea deposta Cloto
La fatal rocca, onde del Buon FERNANDO
Pendea lo stame al termin suo vicino:
Corre Igia, coglie il destro, ed intrecciando
Nuovo alimento al prezioso lino,
A cari suoi lo rende, e al comun voto.

ANGELI DE SIMONE

LINGVAE ARABICAE PROFESSORIS

قَصِيدَةٌ

أَيَّامُ ٱلْمُرِّ مَرَبَتْ هَبَا طِمْبَارِي
أَلْيَرْقُودُ دَرَنْقَقَا قُمْ آقْتِعَالَا ،
نُعَيِّدُ مِيلَادَ فِرْنَنْدُوسِي جَمِيعًا
أَلْمُجِشِّ بِرَحْمِ أَلْمَيْتِ وَٱلنِّصَالَا ،
كَانَ يَقُودُ ٱلْمَالِكُ ٱلْمَلَكُوتَ سُلِيًّا
جِلْتَ فِي لَيْلٍ بِنُجُومٍ مَنْشِيًا هِلَالَا ،
هُدُونَ ٱلنَّاسِ ٱلسَّلِيَّ رَأْيِ ٱلشَّيْطَانُ
فَأَجْمَعَ آسْتِنْبْصَالَا ٱلْمَلَكُوتَ وَٱلْحَلَالَا ،
لِلْحِينِ يَأْمُرُ ٱلْمَيْتَ سُرْعَةً إِسْرِعْ
وَنَائِلْ وَبَيْنَ صَحْبَكَ قَسِّمِ ٱلْمَالَا ،

E I V S D E M

METAPHRASIS

Dies myrrhae aufugerunt : Hens tu cithara mea ,

Nimium dormiens , cito surge ad operandum.

Celebramus nativitatem FERDINANDI conjunctim ,

Confringentis benignitate (*sua*) mortem , et cuspides.

Gubernabat Rex iste Regnum animo tranquillo ;

Putares in nocte cum stellis incedere lunam corniculatam.

Tranquillitatem hominum diuturnam vidit Satanas,

Et decrevit eradicare Regnum , et ordinem (*ejus*).

Extemplo imperat Morti : Properando propera ,

Et pugna , et commilitonibus tuis divide opes.

يُحَارَبُ سَدِيدًا تَرْعَبُ ٱلنِّصَالُ

أَلْمَالِكَ تَرْهَبُ ٱلْمُدْنُ ٱلرِّعَالَا،

يُرْعِصُ ٱلْعَالَمُ وَأَنْ رَأَفُ ٱلْإِلَاهِ

أَسْفَلَ بَطِيسُ تُعْرَحُ إِنْسُ جَمَالَا،

كَٱلْوَاغِرُ عَلَى ٱلْمَيْتِ هَيَاكَ قَالَ

عَظِمَنَّ فِرْنَنْدُوسِي فَأَزِيلِ ٱلْفِتَالَا،

هُذَا فِي ٱلْعَوْدِ إِلَى مَلَكُوتِهِ إِنْسَانَ

كُلُّهُمْ ٱلْمُسْتَحِبُّ مَثَّلَ أَنْطَالَا،

لِيَعْمِرَنَّ وَلْحْفَادَ فِرَنْجِيسْكُوسِي

إِبْنِهِ ٱلْحُبِّ لِيَرِيَنَّ وَٱلْجَالَا،

قَالَ وَفِي حَالِ ٱلْمَيْتُ وَٱلشَّيْطَانُ

إِلَى ٱلْجَحِيمِ يُطْرَحَانِ فَٱلْخَوْفُ زَالَا،

بَرْنَهُنَيه أَبُوكَ ٱلسَّالِمُ لِأَلَّلَــــــــهِ

مَا زِلْتَ نُشَاكِرُ فَرْنِيسِ ٱلْجَلَالَا ۞

Pugnatur fortiter, Petunt spicula

Regem: Timent Civitates vehementiam confossionis (*hastae*).

Commovetur orbis. Sed ecce Clementia Dei

Deorsum volat: Exhilaratur genus humanum pulchritudine:

Et ira excandescens in mortem: Heus tu, ait,

Honora prorsus Ferdinandvm, et desine hanc pugnam.

Hic in reditu ad Regnum suum, homines

Vniversos humaniter excipiens, excudit formam Heroum.

Diu vivat prorsus, et Nepotes ex prole Francisci

Filii sui dilecti videat, et thalamos sponsales.

Dixit, et statim Mors, et Satanas

Ad Gehennam sese praecipitant: Et timor cessavit.

Parthenope; Pater tuus incolumis (Deo

Ne cesses gratias agere) Fruere igitur Majestate.

EIVSDEM

תרגום עברי :

שיר :

יום־מחר בחן אמר־לה כנורי
תחמה־הישן מהר קומה לרנן :
הנה התינו את־מולדת סרנגלי
השכך ברחם מוהה ורמתיו :
נתן המלך את־מלכותו שלוו
חשבת הלוך עם־לבנה כוכבים :
נשבת ששן על־השבת ארץ ארמה
ויגזר עבר ממלכות וערכיה :
פתאם צוה לעות מהר מהרה
ולחמה ולחברה חצה מלקוח :
קדך הגבור מחשות אשמחות
המלך תסחדנה צרים מנגעים :

EIVSDEM

METAPHRASIS

Dies fellis aufugit. Verbum tibi cithara mea,
Nimium dormiens; cito surge ad canendum.
Ecce celebramus nativitatem Ferdinandi,
Conterentis benignitate (*sua*) mortem, et spicula ejus.
Gubernabat Rex iste Regnum suum tranquillus;
Putares incedere cum Luna stellas.
Aspexit Satanas super tranquillitatem terrae diuturnam,
Et statuit eradicare Regnum, et ordinem ejus.
Extemplo imperat Morti: Properando propera,
Et pugna, et sodalitio tuo divide praedam.
(*Fit*) praelium potens. Appetunt cuspides
Regem: Timent civitates a plagis.

Commovetur tota terra. Sed ecce Clementia Omnipotentis
Deorsum volat : laetificat homines aspectus (*ejus*):
Et ira excandescens super mortem , ait ;
Honora FERDINANDVM , et desiste ab hoc praelio.
Hic in reditu ad Regnum suum , diligens
Vniversos homines , effingendo effinxit Heròas.
In aeternum vivat , et cum Posteris FRANCISCI
Filii sui dilecti videat sponsalia eorum.
Dixit , et extemplo cum Morte Satanas
Ad Gehennam sese praecipitant : et cessavit turbo.
Parthenope , Pater tuus incolumis (DEO
Ne cesses gratias agere) Fruere Majestate.

FRANCISCI MAZZARELLAE FARAO

LINGVAE HEBRAICAE PROFESSORIS

שיר

אני ואת ואני שמע

את מלכנו ערכה תהלתה

לבי נלבט אמרתי ליהוה

ראה נא את ענות עמך

הושיענו ואת מלכנו

שמע יהוה תפלתי :

שלח מלאכו אתך

חיו וחית מלככם :

שמחתי מאד ואמרתי בלבי

אודך אלהים תמיד

אשר אנת נפשי השבעת :

לבי יגיל מאד

מששון ושמחה;

שלום לאנשים: לא שבת אל תאות :

E I V S D E M

METAPHRASIS

Ego videns, ego et audiens
Nostrum Regem graviter infirmari,
Meum cor conturbatum est, dixi Domino:
Vide quaeso afflictionem tui populi,
Nos salva, et nostrum Regem.
Audivit Dominus meam precém,
Misit suum angelum dicens,
Vivendo vivet vester Rex.
Sum laetatus, Deus, semper,
Quia desiderium meae animae explevisti.
Meum cor exultat vehementer
Prae gaudio, et laetitia.
Pax hominibus: non obliviscitur Deus misereri.

NICOLAI ONORATI

AGRICVLTVRAE PROFESSORIS

INSCRIPTIO

DEO . OPTIMO . MAXIMO

QVOD

PRIVATIS . PVBLICISQVE . VOTIS

BENIGNE . AVDITIS

FERDINANDVM . I.

P. F. A.

VTRIVSQVE . SICILIAE . REGEM

A . SVMMO . VITAE . DISCRIMINE

LIBERAVERIT

ARCHIGYMNASIVM . NEAPOLITANVM

L. M. V. S.

XAVERII MACRII

MATERIAE MEDICAE PROFESSORIS

INSCRIPTIO I.

DEO . OPTIMO . MAXIMO
PRO . RESTITVTA . SALVTE . ET . INCOLVMITATE
FERDINANDI . I. BORBONII
VTRIVSQVE . SICILIAE . REGIS
QVI
OMNES . RETRO . PRINCIPES
PIETATE . RELIGIONE . VIRTVTE
LONGE . EST . SVPERGRESSVS
NEAPOLITANVM . REGIVM . ARCHIGYMNASIVM
MAIESTATI . TANTI . PRINCIPIS . DEVOTISSIMVM
VOTVM . SOLVIT

E I V S D E M

INSCRIPTIO II.

FERDINANDO . I. BORBONIO
P. F. S. A.
OPTIMO . ET . INDVLGENTISSIMO . PRINCIPI
QVO . INCOLVMI
SALVA . RES . PVBLICA . EST
RECVPERATAM . VALETVDINEM
REGIVM . ARCHIGYMNASIVM . NEAPOLITANVM
VOTI . COMPOS
GRATVLATVR

EIVSDEM

INSCRIPTIO III.

VT
GRAVI . MORTIFEROQVE . MORBO
CAELI . OPE . PRAESENTISSIMA
PROFLIGATO
FERDINANDVS . I. BORBONIVS
SOSPES . ET . INCOLVMIS
PVBLICO . BONO
DIVTISSIME . SERVETVR
DEVM . OPT. MAX.
REGII . ARCHIGYMNASII . PROFESSORES
ENIXE . DEPRECANTVR

IOSEPHI ANGELI DE FVRNO

MEDICINAE FORENSIS PROFESSORIS

INSCRIPTIO I.

DEO . PROVIDENTISSIMO
QVI
FERDINANDVM. I. VTRIVSQVE. SICILIAE. REGEM
INSTAVRATOREM . BONORVM . TEMPORVM
ARTIVM . ET . DISCIPLINARVM . REPARATOREM
VINDICEM . IVSTITIAE
GRAVI . NVPER . MORBO . IMPLICITVM
PRISTINAE . RESTITVIT . VALETVDINI
REGII . ARCHIGYMNASII . NEAPOLITANI
GRATES . ET . VOTA

E I V S D E M

INSCRIPTIO II.

PIENTISSIMO . ET . CLEMENTISSIMO . REGI

FERDINANDO . I. BORBONIO

PATRI . PATRIAE

QVOD . NON . PRIVS . LETHIFER . INOPINATVSQVE

INGRVERIT . MORBVS

QVAM . PRAESENTISSIMO . DEI . SERVATORIS . NVMINE

PRISTINAE . IAM . FIRMIORISQVE . SALVTIS

SPES . COMMVNI . EX . VOTO . ADFVLSERIT

PARTHENOPE

NVNC . PRO . TANTI . PRINCIPIS . INCOLVMITATE

EXHILARATA

REGII . ARCHIGYMNASII . NEAPOLITANI . PROFESSORES

GRATVLANTVR . PLAVDVNTQVE

E I V S D E M

EPIGRAMMA

Nobis quae incolumem servarunt Numina Regem?
Quae paene ex undis eripuere Stygis?
Deterret Lachesin , cohibens ne stamina rumpat
Una eius virtus , gentis et unus amor.
Conciliat virtus populum : hinc communia vota ,
Ut Deus ab tanto Rege pericla fuget.
Nunc ergo exultet populus ; nam publica stabit ,
Uno FERNANDO sospite , firma salus.

NICOLAI ROSSI

ANTIQVITATVM LATINARVM, ET MYTHOLOGIAE PROFESSORIS

HENDECASYLLABI

Quid, o Borbonidae, quid una in aula,
Coetu non alias frequentiore,
Saecli deliciae hic adestis omnes?
Dum sede in sicula sedet Vaciva,
Deserta in solio, soror Silentì,
Absque nomine, regioque amictu,
Plena amaritie, aegritudinisque?
O factum bene, pulchre, et eleganter!
Vt rem qui putat accidisse casu,
Alto is consilio fuisse dicat.
Namque illa lue caelitus fugata,
Vesana, horribili, inter et minante
Augusti interitum Patris senectae,
Qua nil vividius, virentiusque
Ante nec fuit unquam, eritve posthac:
Ex illo (o Caput oppido verendum;

O charum Superis; o dulce terris!)
Occepere dies amoeniores,
Perque sudum hilares abire soles,
Et festa resonare cuncta voce,
Votis, carmine, gratulatione.
Detersus madidas genas dolore,
Inter filiolas io canentes
Vivo in cespite surgit exsolutum
Sebethus pia vota Dis, Deabus.
Ardet Leucopetrae Salutis ara,
Salvo Principe; Porticus beatae,
Curis suffugium boni Parentis
Integrant deciesque milliesque
Plausus. Gaudia sentit Herculanum,
Festivumque suum canit cavernis
Ore turgidulo, neque invenusto
Sospiti Domino. Ipsa quin Vetustas
Pompeiis niveo obvoluta panno
Soteri pia thura dat Iovi. Vno
Quantum cuncta simul die renident!
Hinc mons insolita silet quiete;
Hinc myrto Stabiae nova induuntur;
Sarnus it mare, lusitante lympha;
Surrentina micant. Caput Minerva
Assurgens viridi impedita oliva

FERNANDVM sibi filium salutat.
Centum Capreades jugum per alta,
Quassantes oleas feraciores
Adstant ad choreas leves paratae.
Miseni caput erigentis unda
Stupent intuitu periclitantis
Aulae caerula colla : stante at illa,
Ora plausibus insolenter auctis
Plaudunt, Æolia adstrepente concha.
Nec Cumana specus tonat tremendum;
Nec tumens anus; aura sed tepens, et
Qualis e roseis fluit labellis,
Hoc in attonita sonat ter aure :
Salvo longa sit aevitas Parenti.
Colles Pausilypi, beata rura,
Nec post Elysiis habenda campis,
Adestis quoque gratulationi;
Vos Nymphae Driadesque, Naiadesque;
Vos Joci, Veneresque, Gratiaeque;
Et quantum est in agris puti saporis,
Mergellina suis parat canistris;
Ut festa undique comprecatione
In soteria Principis potentum,
Inque vota, Maronis, Actiique
Quietae tumulo excitentur umbrae.

O Crater, sinuum o ocelle Crater,
Quotquot Adria, quot recenset Hellas:
Contractum tibi nonne cernis aequor;
Dum limosa vacat palus Averni,
Piscibusque carent aquae Lucrinae?
Nonne claustra vides reclusa velis,
Non centum, at bene millibus trecentis,
Regni laetitia unde confluente
Cumque per tumidum tuas in undas?
Iam patent Thetidique, Proteoque,
Choro Nereidumque. O rem beatam,
Spectatum cavea sedere in ista!
Illae caeruleas vias vorare;
Hae velocibus insilire thynnis:
Arion sedet otiosus alga;
Multa Proteus augurat secunda.
Quin tu vel, Theti, dum trahit per aequor
Bipes te ungula, tinnulaque voce
Demersum in Styga dum refers Achillem,
Et, morte edomita, canis triumphos,
In faustum tua solvis ora carmen.
Saxo Parthenope sedens acuto
Inter unanimes prior sorores,
Cantu flexanimo, atque molliore,
Quam, quo remigium ferunt Ulyssei

Concivisse sono, vocat propinquos
Dulces in lacrymas, vocat remotos.
Atqui tanto aliquid deesset aestu,
Cohors Borbonidum nisi adfuisset
Aulae, Laetitiaeque gestienti
Regales super additura plausus:
Fratres vos duo Principes Juventae;
Vosque, par Nuruum, sororiantes:
Vos et Nepticulae, Nepotulique,
Avi deliciae, facetiaeque:
Ante qui tenera ejulatione,
Ægroto gravius cubante Rege,
Votis, thure, prece, udulis ocellis,
Multa et caelicolis litastis ara.
Nunc solatiolum, lepor, voluptas
Tam charo Capiti adsidetis usque
Sciti, candiduli, optimaeque frugi.
Quid ergo integrius, beatiusve
Optari a superis liceret unquam?
At si quid tamen uspiam supersit,
Vos centum, Hendecasyllabi, hinc abite;
Et vos vos alii redite centum,
FERNANDO nova gaudia afferentes,
Nuptam nepticulam perelegantem
Humano generi novam paranti.

FERDINANDO . BORBONIO

CAROLI . F. PHILIPPI . NEP.

LVD. M. ABNEP.

QVOD

SPEM . OTII . CONCORDIAEQVE . IN . EIVS . REDITV . POSITAM
ADVENTV . SVO . IN . PVBLICAM . SECVRITATEM . CONVERTERIT

QVOD

NEAPOLITANORVM . SICVLORVMQVE . RE . OPTIMIS . LEGIBVS
ET . SANCTISSIMIS . INSTITVTIS . TEMPERATA
VNA . EADEMQVE . IVRIS . ET . IMPERII . AEQVABILITATE
POPVLVM . VTRVMQVE . REGENDVM . SANXERIT

QVOD

ITINERA . PER . PROVINCIAS . VARIE . INTERRVPTA
NE . COMMERCIORVM . IMMINVERETVR . FREQVENTIA
REFICIENDA . IMPERAVERIT

FELIX . PARRILLIVS . ARCHIGYMNASII . NEAP. RECTOR . II
PRAEEVNTE . OMNIVM . ORDINVM . LAETITIA
PRO . RESTITVTA . PROVIDENTISSIMI . PRINCIPIS . VALETVDINE
HAEC . PROFESSORVM . OFFICIA
TYPIS . AD . POSTERORVM . MEMORIAM . EXCVSA
DICANDA . CVRAVIT.